

www.e-rara.ch

M. Tullii Ciceronis opera omnia, praeter hactenus vulgatam Dionysii Lambini editionem ; accesserunt D. Gothofredi,... note

Cicero, Marcus Tullius

Lugduni, 1588

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-11124>

Incerti auctoris, seu, ut doctis quibusdam videtur, Cornificii, rhetoricorum ad C. Herennium, liber primus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



INCERTI AV- CTORIS, SEV, VT DOCTIS QVIBVSDAM videtur, Cornificii, Rhetoricorum ad C. Herennium,

LIBER PRIMVS.

Synopsis libri I. ad Herennium.

1 ¶ De ratione dicendi, arte Rhetorica, eiusque praeceptis ad Caium Herennium scribit hic author: 2 in
a Imò Cice-
ronis, cuius
nomine cita-
tur a Priscia-
no hoc opus
libro 6. 7. 9.
10. Ac prae-
rea, Heren-
nii familia-
res Ciceroni,
vti constare
potest ex O-
ratione pro
M. Caelio: &
alii C. He-
rennium Cice-
ronis
cuiuslibet
ex 10. Gellii,
20. in f. Quin-
in libro Rhe-
toricorum, seu
de Inventione
hocce
comparatos,
vnius atque
eiusdem au-
thoris esse
eadem penè
p. 1.
exempla poe-
tarum, & le-
gum, often-
dunt satis.
b Hæc vox o-
rum quibus-
dam deest vt
suppeditare
absoluit hic
pro vtrius-
que, id est,
sufficere, su-
natur.
c Hæc duo, ar-
tem Rhetori-
cam, & dis-
tinctionem
nonnulla: res
hæc duo, ra-
tionem dicen-
di, quæ antea
dus subiecta
eliguntur.
d al. & mode-
ratione.

queis hoc primum occurrere videtur, vt huius artis praecepta ad exercitationem, hoc est dicendi assiduitatem
accommodentur. 3 Ab his tractatur De oratoris Officio. 4 Generibus causarum, demonstratiuis, deliberatiuis, iu-
diciali. 5 De Materia oratorii, hoc est Inventione, Dispositione, Elocutione, Memoria, Pronuntiatione. 6 eā-
que omnia tribus comparari docet, arte, imitatione, exercitatione. 7 De INVENTIONE, & quemadmo-
dum ad eam orator suum officium possit accommodare. 8 Inventionis sex partes esse, Exordium, Narrationem,
Diuisionem, Confirmationem, Confutationem, Conclusionem. 9 ¶ De EXORDIO, 10 & vt commodè exor-
diri possimus, genus causæ considerandum esse, nimirum, an honestū, turpe, dubium, humile. 11 Exordiorum
duo esse genera Principium & Insinuationem. 12 Principium quid, & quemadmodum principii vtendum in
causæ genere dubio, humili, turpi, honesto. 13 Exordio quemadmodum auditorem docilem, attentū, beneuolum,
efficiamus. 14 De Insinuatione & quādo ea vti liceat. 15 De exordiis vitiis. 15 ¶ De NARRATIONE
eius quæ generibus & officiis. 16 ¶ De DIVISIONE seu partitione. 18 ¶ De CONFIRMATIONE &
CONFUTATIONE, in his totam spem vincendi positam esse: vtrumque facere nos posse si constitutionem
causæ cognouerimus. 19 Constitutiones causarum tres esse. 20 Constitutione causæ esse primam deprecationem
defensoris cum accusatoris insinuatione coniunctam. 21 & 22 Constitutionum aliam esse CONIECTURALEM.
23 LEGITIMAM (ea nascitur ex scripto & sententia, ex contrariis legibus, ex ambiguo, ex definitione, ex
translacione, ex ratificatione.) 24 & 25 IURIDICIALEM, in iudiciali qua viuit iure in iniuria fa-
ctum sit. 26 27 Iuridicalem aliam Absolutam. 28 Assumptiuam aliam esse. 29 & 30 cuius par-
tes, criminis confessio (ea subdividitur in purgationem & deprecationem) 31 Translatio, 32 Remotio,
33 Comparatio. 34 Constitutione reperta, quaerendam esse rationem: 35 inuenta ratione, firmamentum qua-
rendum esse. 36 His inuentis iudicii quæstionem seu indicationem & xevōdopov nasci. 37 Inuenta iudi-
catione, omnem rationem totius orationis eo conferri oportere. 38 tō xevōdopov aliter inueniri in constitutione
coniecturali quam alii constitutionibus. 39 ¶ Transilio.



T S I negotiis fa-
miliaribus impe-
diti, vix satis o-
cium studio sup-
peditare possumus,
& idipsum,
quod datur otij,
libentius in phi-
losophia consu-
mere consueui-
mus: tamen tua

nos, C. Herenni, voluntas commouit, vt de
ratione dicendi conscriberemus: ne aut tua
causa noluisse nos, aut fugisse laborem pu-
tares. Et eo studiosius hoc negotium suscep-
imus, quod te non sine causa velle cognoscere
artem rhetoricam intelligebamus. Non e-
nim parum habet in se fructus copia dicendi,
& commoditas orationis, si recta intelligen-
tia, & definita moderatione animi guberna-

tur. Quas ob res illa, quæ Græci scriptores
inanis arrogantiae causa sibi assumserunt, re-
liquimus. Nam illi, ne parum multa scisse vi-
derentur, ea conquisuerunt, quæ nihil ad
rem attinebant, vt ars difficilior cognitu pu-
taretur: nos autem ea, quæ videbantur ad ra-
tionem dicendi pertinere, sumimus. Non e-
nim spe quæstus, aut gloria commoti veni-
mus ad scribendum, quemadmodum ceteri:
sed vt industria nostra tuæ morem geramus
voluntati. 2 ¶ Nunc, ne nimium longa su-
matur oratio, de re dicere incipimus: sed si
te vnum illud monuerimus, artem sine assi-
duitate dicendi non multum iuuare: vt in-
telligas hanc rationem præceptionis accom-
modari ad exercitationem oportere.

3 ¶ ORATORIS officium est, de his rebus
posse dicere, quæ res ad vsum civilem mori-
bus, ac legibus constitutæ sunt, cum assensio-
ne auditorum, quoad eius fieri poterit.

Tom. I.

A

e Lambinus,
scriptores ar-
rogantiae
causa,
f L. illi qui-
dem,
g L. nihil ac-
tinebant, sic
Cicero, A-
cad. quæst.
Offic. i. Accu-
sat. 5. Horat.
i. Odar. 19. si-
ne adiectione
vlla lo-
quuntur, ni-
hil attinet.
h L. inanis
gloria, al.
aut inani glo-
ria compoti.
i al. adiuvare.
k al. quæ adi-
vum.

4 *Tria sunt genera causarum*, quæ recipere debet orator: demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. *Demonstratiuum* est, quod tribuit in alicuius certæ personæ laudem, vel vituperationem. *Deliberatiuum* est, quod in consulatione positum, habet in se suasionem, vel dissuasionem. *Iudiciale* est, quod positum, in controuersia, habet accusationem, aut petitionem cum defensione. 5 ¶ Nunc, quas res oratorem habere oporteat, docebimus: deinde quomodo has causas tractari conueniat, ostendemus. Oportet igitur in oratore esse inuentionem, dispositionem, elocutionem, memoriā & pronuntiationem. *Inuentio*, est exco-
gitatio rerum verarum, aut verisimiliū, quæ causam probabilem reddant. *Dispositio*, est ordo, & distributio rerum: quæ demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum. *Elocutio*, est idoneorum verborum, & sententiarum, ad inuentionem accommodatio. *Memoria*, est firma animi rerum, & verborum, & dispositionis perceptio. *Pronuntiatio*, est vocis, & vultus, & gestus moderatio cum venustate. 6 ¶ Hæc omnia tribus rebus adsequi poterimus, arte, imitatione, exercitatione. *Arts*, est præceptio, quæ dat certam viam, rationemque dicendi. *Imitatio* est, quæ impellimur cum diligenti ratione, vt aliquorū similes in dicendo velimus esse. *Exercitatio*, est assiduus vsus, consuetudōque dicendi. 7 ¶ Quoniam igitur demonstratum est, quas causas oratorem recipere, quæque res habere conueniret, nunc quemadmodum & ad inuentionis rationem possint oratoris officia accommodari, dicendum videtur. 8 ¶ *INVENTIO in sex partes* orationis consumitur, exordium, narrationem, diuisionem, confirmationem, confutationem, conclusionem. *Exordium*, est principium orationis, per quod animus auditoris, aut iudicis constituitur, vel apparatus ad audiendum. *Narratio*, est rerum gestarum, aut perinde vt gestarum, expositio. *Diuisio*, est per quam aperimus quid conueniat, quid in controuersia sit: & per quam exponimus quibus de rebus simus dicturi. *Confirmatio*, est nostrorum argumentorum expositio cum asseueratione. *Confutatio*, est contrariorum locorum dissolutio. *Conclusio*, est artificiosus terminus orationis. 9 ¶ Nunc, quoniam vna cum oratoris officiis, quo res cognitu facilius esset, producti sumus, vt de orationis partibus loqueremur, & eas ad inuentionis rationem accommodaremus: de *EXORDIO* primum dicendum videtur. 10 ¶ Causa posita, quo commodius exordiri possimus, genus causæ considerandum est. *Genera causarum* sunt quattuor, honestum, turpe, dubium, humile. *Honestum* causæ genus putatur, quum aut id defendimus, quod ab omnibus defendendum videtur, aut id oppugnamus, quod ab omnibus videtur oppugnari debere: vt pro viro forti contra patriciam. *Turpe* genus intelligitur, quum aut honesta res oppugnatur, aut defenditur turpis. *Dubium* genus est, cum habet in se causa & honestatis, & turpitudinis partem. *Humile* genus est, quum contenta res affertur. Quum hæc ita sint, conueniet exordiorum rationem ad omne genus causæ accommodari. 11 ¶ *Exordiorum duo sunt genera*, principium, quod Græci *προοίμιον* appellant: & *insinuatio*, quæ *ἰσχυρισμός* nominatur. 12 ¶ *PRINCIPIUM*, est quum statim auditoris

animus nobis idoneum reddimus ad audiendum. Id ita sumitur, vt attentos, vt dociles, vt beneuolos auditores habere possimus. Si *genus causæ dubium* habebimus, à beneuolentia principium constituemus, nequid illa turpitudinis pars nobis obesse possit. Sin *humile* erit genus causæ, faciemus attentos. Sin *turpe* causæ genus erit, insinuatione vtetur, de qua posterius dicemus, nisi quid nacti fuerimus, quare aduersarios criminando, beneuolentiam captare possimus. Sin *honestum* causæ genus erit, licebit recte vel vti vel non vti principio. Si vt volumus, aut id oportebit ostendere, quare causa sit honesta, aut breuiter, quibus de rebus simus dicturi, exponere. Si principio vti nolemus, à lege, à scriptura, aut ab aliquo firmissimo nostræ causæ adiumento principium capere oportebit. 13 ¶ Quoniam igitur docilem, beneuolum, attentum habere auditorem volumus, quomodo quidque eorum confici possit, aperiemus. *Docilem* auditores habere poterimus, si summā causæ breuiter exponemus, & si attentos eos faciemus. Nam docilis est is, qui attentē vult audire. *Attentos* habebimus, si pollicebimur, nos de rebus magnis, nouis, inusitatis verba facturos, aut de iis rebus, quæ aut ad rem pertinent, aut ad eos ipsos, qui audient, aut ad eorum immortalium religionem, aut ad pietatem: & si rogabimus, vt attentē audiant: & si numero exponemus res, de quibus dicturi sumus. *Beneuolos* auditores facere quattuor modis possumus, à nostra, ab aduersariorum, ab auditorum persona, & à rebus ipsis. *A nostra persona* beneuolentiam contrahemus, si nostrum officium sine arrogantia laudabimus, aut in rem, quales fuerimus, aut in parentes, aut in amicos, aut in eos ipsos, qui audiunt, aliquid referemus, dummodo hæc omnia ad eam ipsam rem, de qua agitur, sint accommodata. Item si nostra incommoda profereamus, inopiam, solitudinem, calamitatem: & si orabimus, vt nobis sint auxilio, & simul ostendemus, nos in aliis spem noluisse habere. Ab *aduersariorum* persona beneuolentia captabitur, si eos in odium, in inuidiam, in contemtionem adducemus. In odium rapiemus, si quod eorum spurcè, superbe, perfidiosè, crudeliter, confidenter, malitiosè, flagitiosè factū profereamus. In inuidiam trahemus, si vim, si potentiam, factionem, diuitias, incontinentiam, nobilitatem, clientelas, hospitium, sodalitatem, affinitates aduersariorum profereamus, & his adiumentis magis, quàm veritati eos considerare aperiemus. In contemtionem adducemus, si inertiam, ignauiam, desidiā, luxuriā eorum profereamus. Ab *auditorum* persona beneuolentia colligetur, si res eorum fortiter, sapienter, māsuetè, magnificè iudicatas profereamus: & si, quæ de iis existimatio, quæ iudicij expectatio sit, aperiemus. *A rebus ipsis* beneuolum auditorem efficiemus, si nostram causam laudando extollemus, aduersariorum per contemtionem deprimeamus. 14 ¶ Deinceps de *INSINUATIONE* aperendum est. Tria sunt tempora, quibus principio vti non possumus: quæ diligenter sunt considerata: aut cum turpem causam habemus, hoc est, cum ipsa res animus auditoris à nobis alienat: aut cum animus auditoris persuasus videtur esse ab iis, qui antè contrā dixerunt: aut cum defessus est eos audien-

a Quod & laudatiuum. Græcis ἰσχυρισμός & ἐνδοκίμησις, quorum alterū tamē, non tam demonstrationis vim habere, quàm ostentationis videtur, & multū ab illo ἐνδοκίμησις differt. v. s. Quintil. p. b. vulg. & diffus.

P. E. c. f. p. parari. quemadmodum enim quis eas assequatur explicat.

d. vulg. & verborum dispositionis.

e. L. vocis, vultus, & gestus modus.

f. vulg. tribus modis, al. tribus rationibus, al. tribus affequi.

g. al. quemadmodum possit oratio ad rationem oratoris officii, al. possit orator ad rationem ipsius officii accommodare.

h. L. quid nobis cum aduersario conueniat.

i. L. sumus dicti.

k. al. dicturi.

l. L. argumētum diff.

m. vulg. effect facilius.

n. al. prouocati.

o. Alii quinquē faciunt, vnde i. de insinuatione.

p. L. ad causæ genus.

a. L. Sin turpe erit, insinuatione erit, al. sin turpe erit.

P. II. b. L. Si vt principio volumus, aut id op.

c. L. Sin vt nolemus, aut à narratione, aut à lege,

d. L. effici.

e. vulg. quæ ad rem. f. vulg. aut ad pietatem nos esse dicturos, & si rog.

g. al. contrahemus: vel corradem.

h. L. si aut in, i. al. audiunt, vel omnes, vel aliquos referemus.

k. L. vel aliquos refer.

l. vul. si quid

m. vul. luxuriā aduersariorum prof.

n. L. efficiemus auditorem.

P. 3.

a L. cum in rem.

b pederem, hoc est lenta & tarda in rem. vide Notum cap. 1. in pederem & pederem sic infra 1. de Inventione ingreditur pederem in defensionem.

c L. ad causam de eo, quod aduer.

d L. inuersione, ambiguo, suspicio, irrisio, collatio, adiectione, aut abiectione, litterarum, aut commutatione, e vt si elemētum aliquod abiciamus aduersarii ditioni: & dicamus, opime non optime dixisse. f ea est hyperbole. g ad collatione id est comparatione. h L. interpellatione, aut irrisione: i Arrisionem separat ab irrisione, aridemus auditori: i ridemus aduersarium. k Vult, quibus praefat. l Vult in dicendi opere venire m Vitanda sunt.

p. III. n L. quo leuius commutatio aduersarii pot. o separatum Quintilianus est quod causae non cohaerent c. c. i. p. Tristatium est quod alii de trahitur q Vult, genera tria sunt. r Vult, vnum quodque

do, qui ante dixerant. Si causa turpitudinem habebit, exordiri poterimus his rationibus: rem, non hominem, aut hominem non rem spectari oportere: non placere nobis ipsis, quae facta dicantur ab aduersariis, & esse indigna, aut nefaria. Deinde cum res diu auxerimus, nihil simile a nobis factum ostendimus, aut aliquorum iudicium de simili causa, aut de eadem, aut de minore, aut de maiore proferemus. Deinde ad nostram causam pedetentim accedemus, & similitudinem conferemus. Item si negabimus, nos de aduersariis aut de aliqua re eorum dicturos, & tamen occulte dicemus interiectione verborum. Si persuasus auditor fuerit, id est, si ratio aduersariorum auditoribus fidem fecerit: (neque enim non facile scire poterimus, quoniam non sumus nescij, quibus rebus fides fieri soleat) ergo si fidem factam putabimus, his nos rebus insinabimus ad causam, si de eo, quod aduersarii similesimum sibi adiumentum putauerint, primum nos dicturos pollicebimur: aut ab aduersarii dicto exordiemur, & ab eo maxime, quod ille nuperime dixerit: aut dubitatione utemur, quid potissimum dicamus, aut cui loco primum respondeamus cum admiratione. Si desisti erunt audiendi: ab aliqua re, quae rursus mouere possit, exordiemur, ab apologo, a fabula verisimili, imitatione, deprauatione, inuersione, abiectione, ambiguo, suspitione, irrisione, stulticia, exsuperatione, collocactione, litterarum mutatione: praeterea expectatione, similitudine, nouitate, historia, versu: aut ab alicuius interpretatione, aut arctione: & si promiserimus, aliter, ac parati fuerimus, nos esse dicturos: nos non eodem modo, vt ceteri soleant, verba facturos: quid alij soleant, quid nos facturi simus, breuiter exponemus. Inter insinuationem, & principium hoc interest, quod principium, huiusmodi debet esse, vt statim apertis rationibus, quas praefertimus, aut beneuolum, aut attentum, aut docilem faciamus auditorem. At insinuatio eiusmodi debet esse, vt occulte per dissimulationem, eadem illa omnia conficiamus, vt ad eam commoditatem in dicendo peruenire possimus. Verum haec tres utilitates tamen in tota oratione sunt comparandae, hoc est, vt auditores sese perpetuo nobis attentos, dociles, beneuolos praebant: tamen id per exordium causae maxime comparandum est. Nunc, nequando vitioso exordio utamur, quae vitia vitanda sunt, docebo. In exordienda causa seruandum est, vt lenis sit sermo, & vilitata verborum consueto: vt non apparata oratio esse videatur. Vitiosum exordium est, quod in plureis causis potest accommodari, quod vulgare dicitur. Item vitiosum est, quo nihilo minus aduersarius potest uti, quod commune appellatur. Item illud, quo aduersarius potest uti ex contrario. Item vitiosum est, quod nimium apparatis verbis compositum est, aut nimis longum est, & quod non ex ipsa causa nati videtur, quod separatum vocatur: in quo etiam translatum includitur, vt non proprie cohaereat cum narratione: & quod neque beneuolum docilem, neque attentum facit auditorem.

De exordio satis dictum est: deinceps ad narrationem transeamus. NARRATIO. Nym tria sunt genera: vnum, quo exponimus rem, & vnumquidque trahimus ad utilitatem nostram, vincendi causa: quod pertinet ad

cas causas, de quibus iudicium futurum est. Alterum genus narrationis est, quod intercurrit nonnumquam aut fidei, aut criminationis, aut transitionis, aut alicuius apparationis, vel laudationis causa. Tertium genus est id, quod a causa ciuili remotum est: in quo tamen exerceri conuenit, quod commodius illas superiores narrationes in causis tractare possimus. Eius narrationis duo sunt genera: vnum, quod in negotiis: alterum, quod in personis positum est. Id, quod in negotiis expositione positum est, tres habet partes, fabulam, historiam, argumentum. Fabula est, quae neque veras, neque verisimiles continet res, vt, quae in tragodiis tradita sunt. Historia, est res gesta, sed ab aetate nostrae memoria remota. Argumentum, est ficta res, quae tamen fieri potuit, velut argumenta comedarum. Illud genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festiuitatem, animorum dissimilitudinem, grauitatem, lenitatem, spem, metum, suspensionem, desiderium, dissimulationem, errorem, misericordiam, rerum varietates, fortunae commutationem, insperatum incommodum, subitam letitiam, incundum exitum rerum. Verum hoc in excedendo transigitur. Illud, quod ad veritatem pertinet, quomodo tractari conueniat, aperiemus.

Tres conuenit res habere narrationem, vt brevis, vt dilucida, vt verisimilis sit: quae quoniam fieri oportere scimus, quemadmodum faciamus, cognoscendum est. Rem breuiter narrare poterimus, si inde incipimus narrare, vnde necesse erit, & si non ab ultimo initio repetere volemus: & si summam, non particulatim narrabimus: & si non ad extremum, sed vsque eo, quod opus erit, persequemur: & si transitionibus nullis utemur, & si non deerrabimus ab eo, quod ceperimus exponere, & si exitus rerum ita exponemus, vt autem quoque quae facta sunt, sciri possint, tamen si nos retinuerimus. Quod genus, si dicam, me ex provincia rediisse, profectum quoque in provinciam intelligatur. Et omnino non modo id, quod obest: sed etiam id, quod neque obest, neque adiuuat, satis est praerere. Et ne his aut saepius idem dicamus, cauendum est: etiam ne id, quod semel, supra diximus, deinceps dicamus, hoc modo:

Athenis Megaram vespere aduenit Simo: Vbi aduenit Megaram, insidias fecit virgini: Insidias postquam fecit, vixit in loco attulit.

Rem dilucide narrabimus, si, vt quidque primum gestum erit, ita primum exponemus, & rerum ac temporum ordinem conseruabimus, vt gestae res erant, aut vt potuisse geri videbuntur. Hic erit considerandum, nequid perturbare, nequid contorere, nequid ambigere, nequid noue dicamus, nequam in aliam rem transeamus, ne ab ultimo repetamus, ne longe persequamur, nequid, quod ad rem pertineat, praetereamus, & si persequemur ea, quae de breuitate praeccepta sunt. Nam quod breuius, eo dilucidius, & cognitum facilius narratio fiet. Verisimilis narratio erit, si vt mos, vt opinio, vt natura postulat, dicemus: si spacia temporum, personarum dignitates, consiliorum rationes, locorum opportunitates constabunt, ne refelli possint, aut temporis parum fuisse, aut causam nullam, aut locum idoneum non fuisse, aut homines ipsos facere, aut pari non potuisse. Si vera res erit, nihilominus haec omnia narrando con-

a vulg. vltim, quae in trag.

b L. commutationes, c L. hic in exercendo transigentur, d Breuitate contrarie iterationes, e Vult, quod breuius, vt illa superius caueamus, qui busdam necessarii, f Vult, profectum, g L. sunt, h L. tamen ea retinuerimus, i L. rediisse, k Iambici versus, l L. insidiat, m L. vixit in loco, n L. attulit, o Vult, profectum, p L. & si sequemur ea, q quae & credibilis Quintilianus, r al. ne referri, vt hic refertur, sed respondendo obliuiscere, nostrae replicare dicuntur Cicero. Acad. in finem tibi refero, & pro Caelina, Ego enim tibi refero, f L. tum nihilominus, g L. tamen nihilominus, h L.

si reo commodum sit, iudicium de accusatore fiat, utrum illi liceat accusare, necne. *Ex rationatione* controversia constat, cum res sine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab aliis legibus similitudinem quandam aucupatur, ea est huiusmodi: Lex est, si *fratris* *agnatorum*, *gentiliumque* in eo, *pecuniaque* eius potestas esto. & Lex, *quæ* parentem necasse iudicatus erit, is obvolutus et obligatus corio, *delictumque* in profventem, & Lex, *paterfamilias* uti super familia, *pecuniaque* sua legasset, ita ius esto. & Lex, *si paterfamilias* intestatus *hereditatemque*, *pecuniaque* eius *agnatorum*, *gentiliumque* esto. Malleolus iudicatus est matrem necasse, ei damnato statim folliculo lupino os obvolutum est, & soleæ lignæ pedibus indutæ sunt, & in carcerem ductus est. Qui defendebant eum tabulas in carcerem afferunt: testamentum ipso præfente conscribunt: testes rite affuerunt: de illo supplicium paulo post sumitur, ij, qui hæredes erant testamentum, hereditatem adeunt. Frater minor Malleoli, qui eum oppugnaverat in eius periculo, iuram vocat hereditatem lege agnitionis. Hic certa lex in rem nulla affertur, & tamen multa afferuntur, & quibus rationatio nascitur, quare potuerit, aut non potuerit iure testamentum facere. Constitutio legitima est ex rationatione.

24. *Quis* modi partes essent legitimæ constitutionis ostendimus: nunc de iuribus iustis constitutione dicamus. 25. *Iuridicia* iustis constitutio est, cum factum convenit, sed iure, an iniuria factum sit, queritur. 26. *Eius* constitutionis partes sunt duæ, quarum una absoluta, altera assumptiva nominatur. 27. *Absoluta* est, cum id ipsum, quod factum est, ut aliud nihil foris assumatur rectè factum esse dicemus, ea est huiusmodi: Minus quidam nominatum Acciū poetam cōpellavit in scenā cum eo Accius iniuriarū agit, hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari, cum, cuius nomine scripta dētur agenda. 28. *Assumptiva* pars est, cum per se defensio infirma est, sed assumpta ex extraneis, comprobatur. 29. *Assumptivæ* partes sunt quatuor: cōcessio, remotio criminis, translatio criminis, cōparatio. 30. *Cōcessio* est, cum reus postulat sibi ignoscere: ea diuiditur in purgationem, & deprecationem. *Purgatio* est, cum confitetur se negat reus fecisse. Ea diuiditur in fortunam, imprudentiam, necessitatem. Fortunam, ut Cæpio ad tribunos plebis de amissione exercitus. Imprudentiam, ut ille qui de eo seruo, qui dominum occiderat supplicium sumit, cui frater esset, antequam tabulas testamenti aperuerit, cum is servus manumissus testamento esset. *Necessitas* est, ut ille, qui ad prædium commeat non venit, quod eum ad prædium interclusisset. *Deprecatio* est, cum & peccasse se, & consilio fecisse confitetur, & tamen postulat ut sui misereantur. Hoc in iudicio non ferè potest usu venire, nisi quando pro eo dicimus, cuius multa rectè facta est: constat. Hoc modo in loco communi per amplificationem iniciamus. Quod si hoc fecisset, tamen ei pro pristinis beneficiis ignosci conveniret: verum

nihil postulare ignosci. Ergo in iudicium non venit: at in senatum, aut ante Imperatorem, & in concilium talis causa potest venire. 31. *Ex translatio*ne criminis causa constat, cum fecisse nos non negamus, sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus: ut Orestes cum se defendit, in matrem confert crimen. 32. *Ex emotione* criminis causa constat, cum à nobis non crimen, sed culpam ipsam amovemus, & vel in hominem transferimus, vel in rem quampiam conferimus. In hominem transferitur: ut si accuseris is, qui P. Sulpicium se faciat occidisse, & id iussu consilium se fecisse defendat: eos dicat non modò imperasse, sed rationem quoque ostendisse, quare id facere liceret. In rem confertur, ut si quis ex testamento, quod facere iussu sit, ex plebiscito veteretur.

33. *Ex comparatione* criminis causa constat, cum dicimus necesse fuisse alterum facere, & id, quod fecerimus, satius fuisse facere. Ea causa huiusmodi est: C. Popilius cum de Gallis obsideretur, neque effugere villo modo posset, venit cum hostium ducibus in colloquutionem: ita discessit, ut impedimenta relinquere, exercitum educere: satius esse duxit amittere impedimenta, quam exercitum exercitum eduxit, impedimenta reliquit: arcessit maiestatis. 34. *Quæ* constitutiones, & quæ constitutionum partes sint satis videor ostendisse. Nunc quomodo eas & qua via tractari conveniat, demonstrandum est, si prius aperuerimus, quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quod omnis ratio totius orationis confertur. Constitutione igitur causæ repleta statim quærenda est ratio. Ratio est, quæ causam facit, & continet defensionem, hoc modo, (ut dicendi causa in hac potissimum consistamus:) Orestes, cum confiteatur se occidisse matrem, nisi attulerit facti rationem, peruerit defensionem, ergo assert eaque nisi intercederet, ne causa quidē esset, illa enim, inquit, patrem meum occiderat. Ergo (ut ostendi) ratio est, quæ continet defensionem, sine qua ne parva quidem dubitatio potest remorari dationem. 35. *Inventa* ratione firmamentum, quærendum est: id est, quod continet accusationem, quod affertur contra rationem defensionis, de qua antè dictum est. Id constituitur hoc modo: Cum vsus fuerit Orestes ratione, hoc pacto, iure occidi: illa enim patrem meum occiderat: vertetur accusator firmamento, hoc modo: Sed non abs te tamen occidi, neque indemnata pœnas pendere oportuit. 36. *Ex* ratione defensionis, & ex firmamento accusationis, iudicii questio nascatur oportet: quam nos iudicationem, Græci *κρίσις* appellant. Ea constituitur ex coniunctione firmamenti, & rationis defensione, hoc modo: Cum dicat Orestes, se patris vlciscendi causa matrem occidisse, rectumne fuerit à filio sine iudicio Clytemnestram occidi. Ergo hac ratione iudicationem inueniri convenit. 37. *Inventa* iudicatione, omnem rationem totius orationis ed conferri oportebit. 38. *In* omnibus constitutionibus, & partibus constitutionum hac via iudicationes reperietur, præterquam in coniecturali constitutione. In pœna enim nec ratio queritur, quare fecerit: fecisse enim negatur: nec firmamentum exquiritur: quoniam non subest ratio. Quare ex intentione, & inficiatione iudicatio constituitur, hoc modo: Intentio est, Occidisti Aiace. Inficiatio,

Toma. I.

A. iij.

P. B.

a. al. transfe-
rimus: ut si
b. vulg. & id
iussu consilii
defendat
c. al. Pompe-
lius. al. Popi-
lius al. Popi-
lius.

d. is videtur,
fuisse qui Po-
pillius Lænas
Liuo lib. 7.
quique de
plebe Cōsul.
de Gallis
triumphavit.
Alius fuit Po-
pillius Læ-
nas, de cuius
ingrato erga
Ciceronem
animo vide.
5. Val. 3. Pla-
tarch. Appia-
num 4. de bi-
lio ciuili. Flo-
rum Epitom.
120.

e. al. ratio om-
nis
f. vul. igitur
repleta,
g. Ratio est
qua id quod
factū esse cō-
stat defendit-
ur 3. Quint.
11.

h. vulg. per-
uerit
i. vul. ea est.
k. al. nec par-
ua quicquid du-
bitatio, al. ne
parua dubi-
tatio.

l. Firmamentum vocat
quod alibi
firmissimam
accusatoris
argumenta-
tionē Quint.
c. 11. 30.

& continentē
post, quod ni-
hil queritur
Quint. 3. c. 11.
m. 30. 1. 1. 1.
vov seu iudi-
catio à Tre-
batio, qua de
re agitur, ap-
pellatur. ad-
de Quintil. 3.
c. 11.

n. fortasse la-
gendum: ratio
ne defensio-
nis vel ratio-
ne defensoris.
o. L. Inuenire.
p. L. Nam in
ea pœ. 7.
P. VI.
q. vul. Inten-
tio, Occ. Aia.

Non occidi. Iudicatio, occiderint. Ratio omnis vtriusque orationis, vt ante dictum est, ad hanc iudicationem conferenda est. Si plures erunt constitutiones, aut partes constitutionum, iudicationes quoque plures erunt in vna causa, sed omnes simili ratione reperiuntur.

a L. Nunc, quoniam huius volum. magn. satis est.

39 Sedulo dedimus operam, vt breuiter, & dilucide, quibus de rebus adhuc dicendum fuit, diceremus. Nunc, quoniam satis huius voluminis magnitudo creuit, commodius est

in altero libro de ceteris rebus deinceps exponere: nequa propter multitudinem litterarum possit animum tuum defatigatio retardare. Sed si quidem hac tardius, quam studeas, absolueris, cum rerum magnitudinem nostris quoque occupationibus assignare debebis. Verum tamen maturabimus, & quod negotio diminutum fuerit, exequauimur industria: vt pro tuo in nos officio, & nostro in te studio munus hoc accumulatifsimè duntaxat largiamur voluntati.

a L. Sed si quo tardius hanc, quam a L. Sed si quid t. b L. deminutum. c al. exsequemur. al. ex faciemus, cum eo verbo alibi Tullius vatur. & Terent. Heautont. d al. accuratissimè: al. cumulatissimè.



R H E T O R I C O R V M

A D C. H E R E N N I V M

L I B E R S E C V N D V S.

Synopsis libri 2. ad Herennium.

1 Synopsis, seu repetitio eorum qua de Inuentione superiore libro tractata. 2 De Inuentione, ad quamque constitutionem accommodanda. 3 De CONIECTURALI CAUSA seu constitutione, & quibus argumentationibus sit tractanda. In hac, actoris suspensiones omnes querere, vt nihil factum esse sine causa ostendat, reum vero suspensiones eleuare. 4 Huius constitutionis partes quinque. Probabile id dividitur in causam & vitam. 6 Collatio. 7 Signum (huius partes locus, tempus, spatium, occasio, spes perficiendi & celandi.) 8 Argumentum (id diuiditur in prateritum, instans, & insequens tempus.) 9 Confessio. 10 Approbatio: huius loci proprii vel communes. Communes a testibus, contra testes: Ab argumentis & signis, contra argumenta & signa. A rumoribus, contra rumores. 11 Coniecturalem constitutionem ita tractari. 12 De ILLIGITIMA CONSTITUTIONE, & quibus argumentationibus uti debeamus, si dicatur pro scripto aduersus sententiam. 13 Pro sententia aduersus scriptum. 14 si contrariae leges. 15 Si ambiguum verbum aliquod explicandum in sententia. 16 si definitione. 17 si translatione. 18 si causa rationali seu rationatione utemur. 19 De IURIDICALI CONSTITUTIONE, & quibus argumentationibus tractanda. Est autem hac vel absoluta, vel assumptiua. 20 In absoluta queritur iure factum an iniuria. 21 Iure, inquam, quod variè nascitur. Est enim ius aliud. 22 Natura. 23 Lex. 24 Consuetudine. 25 Iudicio. 26 ex aequo & bono. 27 ex pacto. 28 Assumptiua partes criminis comparatio. 29 Translatio. 30 Concessio. (31 Cuius partes purgatio, 32 deprecatio, 33 Remotio. 34 ARGUMENTATIONVM EXORNATIO, & quemadmodum Argumentationes singularum constitutionum ornate & absolute tractare possimus. 35 Absolutam & perfectissimam argumentationem quinque peritiam esse (hoc est consistere propositione) qua & expositio & enumeratio, (Ratione, Confirmatione, Exornatione, Complexione.) 36 Breuissimam, tripartitam: Mediocrem quadripartitam esse. 37 ARGUMENTATIONVM VITIA duo esse, aut enim reprehensione digna, aut nugatorias, seu ex se corruentes esse. 38 vilitatem cognoscenda vitiosa argumentationis summam esse. 39 Vitia autem argumentationum singulis partibus argumentationis accidere. 40 Propositiones enim (qua & expositiones & enumerationes.) 41 Rationes, 42 Confirmationes, 43 Exornationes, 44 Complexiones vitiosas reperiuntur. 45 De CONCLUSIONE (qua & ἐπίλογος) seu extrema parte orationis. 46 Cuius partes Enumeratio, 47 Amplificatio (qua & ἰνδιγνatio) 48 Misericordia (qua & Conquestio) 49 Transitus.



b. vult. officia artis. Officia autem oratoris intelligo, inuentionem, dispositionem, elocutionem, &c. c L. quia neque. d L. conscriberemus. e L. igitur tria sunt genera.

Verum quod neque de omnibus rebus simul dici poterat, & de maximis primum scribendum fuit, quod cetera tibi faciliora cognitu videretur, ita nobis placitum est, vt ea, quae difficillima essent, potissimum scriberemus.

CAVSARVM tria sunt genera: demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. multo difficillimum est iudiciale. ergo id primum ab-

soluimus. De hoc & priore libro egimus, cum de oratoris officiis tractabamus, quorum inuentio & prima, & difficillima est: (ea quoque nobis erit hoc in libro propemodum absoluta) & parua pars eius in tertium volumen transferemus. De sex partibus orationis primum scribere incepimus. In primo libro loquuti sumus de exordio, narratione, diuisione, nec pluribus verbis, quam necesse fuit, nec minus dilucide, quam reuellemus existimabamus. C Deinde coniuncte de confirmatione & confutatione dicendum fuit, quare genera constitutionum, & earum partes aperimus: ex quo simul ostendebatur, quomodo constitutiones, & partes constitutionis, causa posita, reperiri deberet. Deinde docuimus, iudicationem quemadmodum quaeri conueniret: qua inuenta curandum, vt omnis ratio totius orationis ad eam cogeretur. Postea admodumimus, esse causas-

e vult. Hoc & priore f. L. cum de quinque or. off. tractaremus, g al. eaque. h Sed parua. Nunc vulgata magis mihi probatur. i L. institui-mus. k L. Etia pri-mo

l al. partem. P. 3.

m L. curandum est, vt